dñs adiungeret & desolatam per labrum quorundam prb nostrorum copiam
gloriosis sacerdotibus adornaret. & promouebitur quidem cum dr per
miserit ad ampliorem locum religionis suae quando in praesentiam prote
gente dño uenerimus interim quod ostenditur fiat ut cum gratiarum acti
one suscipiamus hoc di munus sperantes de misericordiam domini eius mo
di ornamenta compluria ut redintegrato ecclesiae suae robore tamitis &
humilis faciat in consensus nostri honore florere.

DE NUMIDICO CONF PRESB. ORD. EXPLICAT.

INCIPIT AD POMPONIUM DE UIRGINIBUS.

Cyprianus caecilius uictor sedatus tertullus cum presbiteris qui praesen
tes aderant pomponio fratri salutem. Legimus litteras tuas frater ka
rissime quas per paconium fratrem nostrum misisti postulans & deside
rans ut tibi rescriberemus quid nobis de his uirginibus uideatur quae cũ
semel statum suum continenter & firmiter tenere decreuerint detec
tae sint postea in eodem lecto pariter mansisse cum masculis ex quibus u
num diaconum dicis esse plane easdem quae se cum uiris dormisse confessae
sint adseuerare integras esse. Circa quam rem q̃m consilium nostrum
desiderasti scias nos ab euangelicis & apostolicis traditionibus non recede
re quominibus fratribus & sororibus nostris constanter & fortiter con
suleretur per omnis utilitatis & salutis uias ecclesiastica disciplina ser
uetur cum dñs loquatur & dicat. & dabo uobis pastores secundum cor
meum & pascent uos pascentes cum disciplina. & iterum scriptum est,
disciplinam qui abicit infelix est, & in psalmis quoque sps scs admo
neat & instruat dicens: continete disciplinam ne forte irascatur dñs
& pereatis a uia iusta cum exarserit cito ira eius super uos, primo igitur
in loco frater karissime & praepositis & plebi nihil aliud elaborandum est
quam ut qui dñm timemus cum omni obseruatione disciplinae diuina
praecepta teneamus nec patiamur errare fratres nostros & pro arbi
trio & fructu suo uiuere sed ad uitam singulis fideliter consulere

129v

Österreichische Nationalbibliothek Digitale Services
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Österreichische Nationalbibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod962/0264